

Fac sumptum perdere cum res desiderat ipsa
Dandum etenim est aliquid cum tempus postulat aut res.
Quod nimium fugito, parua gaudere memeto
Tuta magis est puppis modico quam flumine ferti.
Quod pudeat socios prudens celare memeto
Ne plures culpent id quod tibi displicet uni
Nolo putes prauos homines peccata lucrari
Temporibus peccata latent, et tunc patent
Corporis exigui noli contemnere vires
Ingenio pollet cui vim natura negauit.
Quem sciueris non esse parum tibi tunc cede
Victorem a victo superari sepe videmus
Aduersus notum noli contendere verbis:
His minimis verbis interdum maxima crescit
Quid deus intendant noli perquirere sorte.
Quod statuit sine te sine te deliberat ipse
Inuidiam nimio cultu vitare memento
Que si non ledit tamen hanc sufferre molestum est
Esto animo forti cum sis damnatus inique
Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo
Nec te collaudes, nec te culpa ueris ipse
Hoc faciunt stulti, quos gloria uerat inanis
Vitis preterite noli maledicta referre
Post inimicitias iram meminisse malorum est
Utere quiescis modice dum sumptus abundat
Labitur exiguo quod partum est tunc longo
Insipiens esto dum tempus postulat aut res